

LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST.

Št. V.

Vsebina: 48. Decretum de triennali relatione Institutorum vota simplicia profitentium. — 49 O delitvi raznovrstnih nadarbinskih in prostovoljnih dohodkov pri nastopu nadarbinarjev. — 50. Zakon o povišanju plač državnih učnih oseb. — 51. Aktivitetne doklade bogoslovnih profesorjev. — 52. Konkurni razpis.

1907.

48.

Decretum, quo per elenchum quaestionum praescribitur modus et ratio conficiendi triennem relationem Institutorum vota simplicia profitentium.

In approbandis seu commendandis novis Institutis votorum simplicium iampridem praescribi consuevit, ut a moderatoribus seu moderatricibus generalibus tertio quoque anno ad S. Sedem Apostolicam transmittatur relatio de statu personali, disciplinari, materiali et oeconomico propriae cuiusque congregationis. Huiusmodi enim relatione singula Instituta, quorum domus in variis exstant dioecesibus dissitisque locis, explorata perspectaque fiunt eidem S. Sedi; quae idcirco continua providentia ea prosequi et, si quando a legibus deflectere videantur, sive cohortationibus sive correctionibus mandatisque ad pristinam observantiam revocare potest.

Cum vero perspicuum sit parum vel nihil utilitatis inesse praedictae relationi, si, uti non raro factum est, fusius expositis quibusdam ad rem minus facientibus, vix innuantur aut plane reticeantur ea, quae potissimum cognoscere oportet: hinc ad optatum finem facilius ac tutius assequendum peropportunum visum est, ut etiam modus et ratio conficiendi relationem omnibus et singulis, ad quos spectat, communi lege praescribatur.

Itaque haec S. Congregatio negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita redigendum curavit elenchum quaestionum, quibus distincte indicantur ea omnia, quae in relatione utiliter seu necessario sunt exponenda, eumque, post maturum examen, in plenario Emmorum Patrum coetu approbatum, cum omnibus et singulis moderatoribus et moderatricibus generalibus Institutorum, per modum *instructionis*, cui sese conformare oporteat, communicandum esse censuit.

His autem relatis SSmo Dno Nostro Pio Divina Providentia PP. X. in audientia habita ab infrascripto

Cardinali eiusdem S. Congregationis Praefecto die 17. Iunii 1906, *Sanctitas Sua* rem ultro probavit, iussitque per hanc ipsam S. Congregationem omnibus et singulis moderatoribus et moderatricibus Institutorum vota simplicia profitentium Apostolica Auctoritate mandari, prout praesentis decreti tenore mandatur, ut in triennali relatione proprii cuiusque Instituti ad singulas quaestiones in elencho hisce literis adiuncto conscriptas et ab *Eadem Sanctitate Sua* approbatas confirmatasque, memores rationis, quam Deo, cordium scrutatori, reddaturi erunt, fideliter atque examussim respondeant, contrariis quibuscumque, etiam speciali et individua mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria praefatae S. Congregationis, die 16. Iulii 1906.

L. † S.

D. Card. **Ferrata**, Praefectus.
Ph. *Giustini*, Secretarius.

Instructio

seu Elenchus quaestionum, ad quas respondendum est a moderatoribus seu moderatricibus generalibus Institutorum vota simplicia profitentium in Relatione ad S. Sedem tertio quoque anno transmittenda.

Praemittenda.

1. Doceatur, quae decreta approbationis seu commendationis et quando Institutum a S. Sede obtinuerit.
2. Quinam sit finis sive scopus peculiaris Instituti.
3. Num titulus Instituti ab initio assumptus aut scopus vel habitus sodalium aliquatenus postmodum immutati fuerint et quam auctoritate.

4. *Quot sodales ab initio usque in praesens, aut saltem ultimo vicennio, habitum Instituti induerint.

5. *Quot sodales a fundatione Instituti usque in praesens, aut saltem ultimo vicennio, et quomodo ab eo recesserint, sive tempore novitiatus, sive post emissa vota temporanea, sive post emissa vota perpetua. Num et quot fuerint *fugitivi*.

6. Quandonam ultima relatio ad S. Sedem missa fuerit.

I. De Personis.

a) De admissis.

7. Quot novi sodales ab ultima relatione admissi fuerint.

8. Num omnes praescripta testimonia exhibuerint.

9. Num speciali aliquo modo seu industria ad nomen Instituto dandum quis allectus fuerit, et praesertim, num ephemeridum ope moderatores hunc in finem usi sunt.

10. (*In Institutis religiosorum*). Num literae testimoniales per Decretum Romani Pontificis praescriptae in singulis casibus expetitae fuerint.

11. Quoties et super quibus impedimentis seu defectibus dispensatio necessaria fuerit et a quonam superiore ecclesiastico concessa.

12. In quam domo et quanto tempore Postulantes seu candidati commorati fuerint.

b) De Novitiis.

13. Quot sint domus Novitiatus et num unaquaque auctoritate S. Sedis instituta sit.

14. Quot novitii post ultimam relationem habitum Instituti susceperint.

15. Quot nunc in Novitiatu degant.

16. Num Novitii a Professis rite separati existant.

17. Num omnes habeant integrum exemplar Constitutionum.

18. Num omnes ante professionem per annum integrum et continuum in domo Novitiatus sub cura magistri degerint.

19. Num, quantum et qua auctoritate tempus Novitiatus ultra terminum in constitutionibus praefinitum rogatum vel imminutum fuerit.

20. Utrum Novitii primo novitiatus anno vacaverint tantummodo exercitiis pietatis an aliis etiam et quibus operibus addicti fuerint.

21. Num durante secundo anno Novitiatus (ubi peragitur) novitii in alias domus missi fuerint.

22. (*In Institutis Sororum*). Num ante admissionem ad habitum et ad primam professionem Episcopus vel eius delegatus examen praescriptum instituerit.

* Ad interrogationes aut interrogationum partes asterisco notatas non nisi in prima, post promulgatam hanc instructionem, relatione respondendum erit.

c) De Professis.

23. Quot nunc sint in Instituto sodales a) votorum temporaneorum, b) votorum perpetuorum.

24. Num vota temporanea semper tempore debito fuerint renovata.

25. Num sodales tempore debito ad vota perpetua admissi fuerint post elapsam tempus votorum temporaneorum.

26. Quot sodales sive professi sive novitii post ultimam relationem obierint.

d) De egressis et dimissis.

27. Quot post ultimam relationem ab Instituto recesserint a) ex novitiis, b) ex professis temporaneis, c) ex professis perpetuis.

28. Num in dimittendis sodalibus semper observatae fuerint normae in Constitutionibus praescriptae.

29. Num semper et a quo superiore ecclesiastico in casibus dimissionis, obtenta fuerit dispensatio super votis emissis.

30. (*In Institutis Sororum*). Num in casibus dimissionis professorum in perpetuum accesserit confirmatio apostolica.

31. (*In Institutis virorum*). Num in dimittendis sodalibus semper et in omnibus observatum fuerit Decretum *Auctis admodum* et nominatim, num in casu professi perpetui vel professi votorum temporaneorum quidem, sed constituti in Ordine sacro, Moderatores Instituti

a) praemiserint trinam monitionem;

b) admiserint, concessio congruo tempore, legitimam rei defensionem, eiusque rationem debitam haberint;

c) an, quoties et qua facultate processerint summario modo.

32. (*In Institutis Sororum*). Num egressis quacumque de causa dos, quomodolibet constituta, integre tradita fuerit, una cum supellectili, quam ad Institutum attulerant, in eo statu, in quo tempore egressus reperiebatur.

33. Num iis, quae propriis bonis destitutae erant, in casu egressus ex Instituto necessaria suppeditata fuerint, quibus tuto et decenter in propriam familiam reverti potuerint.

II. De Rebus.

a) De domibus.

34. Quot domos Institutum habeat et in quibusnam dioecibus; an et quot habeat provincias.

35. An et quot novae domus post ultimam relationem apertae fuerint et an in omnibus intercesserit legitima auctoritas et servata fuerit ratio in constitutionibus praescripta.

36. Quot sodales diversarum classium in singulis domibus commorentur et (si diversa opera ab Instituto exercentur) quibusnam operibus addicti sint.

37. Num post ultimam relationem domus aliqua suppressa fuerit et cuiusnam auctoritate.

38. Utrum singuli sodales proprias cellas habeant, an saltem in communi dormitorio suum quisque cubile convenienter ab omnibus aliis separatum.

39. Num infirmis curandis separatus locus undequaque aptus addictus sit.

40. Num pro recipiendis hospitibus adsint in domo cubacula sufficienter, ut decet, a communitate religiosa separata.

41. (*In Institutis Sororum*). Num habitatio Capelani sive confessarii ingressum separatum et nullam cum Sororum habitatione communicationem habeat.

b) De bonis.

42. Quam fuerint ab ultima relatione annui redditus et expensae a) tum Instituti in communi, b) tum uniuscuiusque domus.

43. Num ab ultima relatione sive Institutum in communi, sive certae domus in particulari nova bona mobilia vel immobilia et cuius valoris obtinuerint.

44. Num pecuniam semper utili foenore et honesto ac tuto collocaverint.

45. Utrum et quam iacturam bonorum suorum post ultimam relationem fecerint vel damna subierint et qua de causa.

46. Num et quae bona sive immobilia sive mobilia pretiosa abalienaverint et qua facultate.

47. Num illorum bonorum, quae *capitalia* vocantur, partem aliquam consumpserint.

48. Num arca communis vel domus aliqua particularis aere alieno gravetur et quanto.

49. Num ab ultima relatione nova debita contraxerint; quaenam et qua auctoritate.

50. Num unaquaque domus procuratorem sive oeconomum, distinctum a Superiore domus et ab oeconomo generali, habeat.

51. Num Procuratores, sive generalis sive locales, rationem suarum administrationum praescriptis temporibus reddiderint; et an huiusmodi rationes modo praescripto examinatae et approbatae fuerint.

52. Num lites de bonis habeant.

53. Num in omnibus domibus adsit arca tribus clavibus clausa; et an serventur leges ad rem latae.

54. Num et quo pacto pecuniam sive res pretiosas, a saecularibus depositas, custodiendas acceptaverint.

55. (*In Instituto Sororum*). Utrum dotes Sororum iuxta leges canonicas in tuto ac fructifero investimento collocatae fuerint; an et quae earum pars, quo modo et cuius permissu in expensas faciendas insumpta fuerit.

56. Num et quaenam legata pia seu foundationes in Instituto, sive pro missis celebrandis sive pro operibus caritatis exercendis, existant.

57. Num huiusmodi onera fideliter adimpleta fuerint.

58. Num pecunia, qua huiusmodi foundationes factae fuerunt, rite collocata et seorsim ab aliis quibuslibet administrata fuerit.

59. Num Episcopo iuxta Constitutionem *Conditae* de huiusmodi foundationibus ratio reddita fuerit.

60. Quantum superfluae pecuniae in fine cuiuslibet anni a singulis domibus in arcam communem collatum fuerit.

61. Utrum sponte an invite huiusmodi pecuniae collatio ab omnibus facta fuerit.

62. An superiorissa vel oecionoma habeat pecunias, de quibus libere, etsi pro bono Instituti, disponat, quin ullam rationem reddat.

III. De Disciplina.

a) De vita religiosa.

63. Num in unaquaque domo exercitia spiritualia pro singulis diebus, mensibus, annis vel aliis certis temporibus statuta accurate peragantur.

64. Num omnes sodales quotidie missae sacrificio assistant.

65. Utrum omnes sodales exercitiis communibus interesse possint et an illis, qui quandoque pro negotiis domesticis ab aliquo exercitio communi eximuntur, saltem concedatur tempus privatim illud peragendi.

66. Num observetur Decretum *Quaemadmodum* a) quantum ad conscientiae manifestationem non exigendam, b) quoad sacramentalem confessionem; num pariter servetur decretum *Sacra Tridentina* circa communionem eucharisticam; et an utrumque Decretum stans temporibus lingua vernacula in communi legatur.

67. Num in Institutis Sororum ubique quovis triennio confessarius ordinarius mutetur vel debita auctoritate confirmetur.

68. Num praescriptiones de clausura servanda in parte domus Religiosis reservata fideliter observentur.

69. Num Religiosis frequenter permittatur locutorium adire et an Constitutiones in hac re serventur.

70. Num Religiosis e domo egredientibus semper a Superioribus socius addatur.

71. Num, qua ratione et quibus temporibus habeantur institutiones catechisticae et piae exhortationes ad conversos aliosque alumnos nec non ad famulos seu convictores.

72. Num scripta circa pietatem, religionem etc., etiam ad usum Instituti tantum, typis edantur absque Episcopi licentia.

73. Num et quibus libris, sive antiquis sive recentioribus, etiam manu scriptis, sola moderatorum Instituti licentia editis sodales utantur.

b) De observantia quarumdam specialium legum.

74. Num omnia circa Capitulum Generale praescripta diligenter observata fuerint: *a)* quoad literas convocatorias; *b)* quoad electionem delegatorum; *c)* quoad electionem scrutatorum et secretarii; *d)* quoad electionem Moderatoris generalis; *e)* quoad electionem Consiliariorum, Oeconomii et Secretarii generalium.

75. Num omnino liberum fuerit sodalibus literas, quae ab inspectione Superiorum exemptae sunt, sive scribere sive recipere.

76. Num lex de mutandis Superioribus post statutum tempus fideliter observetur. Num, quot dispensationes et a quo super hac lege impetratae fuerint.

77. Num Moderator Generalis et Superiores Provinciales praescriptam domorum visitationem rite peregerint.

78. Num Moderator Generalis et Superiores sive Provinciales sive locales praefinitis temporibus consiliarios suos convocent, ut cum eis agant de negotiis sive Instituti sive Provinciae sive domus.

79. Num in deliberationibus debita libertas consiliariis servata fuerit.

80. Num in Consilio Generali electiones libere et iuxta normas praescriptas factae fuerint.

81. Utrum omnibus sodalibus necessaria, praecipue quoad victum et vestitum, a Superioribus ea qua decet caritate paterna suppeditentur et an forte sint, qui haec sibi ab extraneis procurent.

82. An alicubi sodales sint numero insufficientes, ita ut nimis graventur laboribus cum gravi valetudinis discrimine.

83. Num provideatur, ne quid desit infirmis ex iis, quibus iuxta propriam cuiusque conditionem indigent, atque ut in corporalibus et spiritualibus necessitatibus qua par est caritate subleventur.

84. (*In Institutis Clericorum*). Quot annis clerici vacent studiis *a)* literarum humaniorum, *b)* philosophiae et *c)* theologiae.

Quatenus autem studia domi peragentur, quot professores singulis disciplinis tradendis sint addicti.

85. Nun omnes studentes:

a) integrum cursum sudiorum perfecerint, antequam e domo studiis destinata exierint;

b) ante promotionem ad sacros Ordines studia per pontificium decretum *Auctis admodum* respective praescripta rite perfecerint;

c) caetera omnia a sacris canonibus pro admissione ad Ordines requisita (circa titulum Ordinationis, literas dimissorias etc.) religiose observaverint.

86. Num Pontificia decreta statis temporibus publice legenda reipsa lecta fuerint.

c) De operibus Instituti.

87. Quot personis (vel classibus personarum) beneficia contulerint sodales iis operibus, quibus iuxta scopum sui Instituti sese devovent.

88. Si numerus istarum personarum post ultimam relationem alicubi imminutus fuerit, indicentur rationes.

89. (*Pro institutis, quae stipem ostiatim colligunt*).

a) An ex constitutionibus clare et certo constet de iure seu officio stipem ostiatim colligendi;

b) num decretum *Singulari* d. d. 27. Mart. 1896 ipsis Constitutionibus insertum sit;

c) num illud decretum in omnibus religiose observetur.

90. Num ab Institutis Sororum habeantur in suis domibus diversoria aut valetudinaria pro personis quibuscumque, etiam diversi sexus; et quatenus affirmative, cuius licentia et quibus cautelis.

91. Num et quomodo Sorores in seminariis vel collegiis vel quibuscumque ecclesiarum virorum domibus rem domesticam gerendam assumpserint.

92. Num Sorores opera quaedam caritatis exercent (v. g. erga infantes aut parturientes aut chirurgi cultro incisos), quae virgines Deo dicatas et habitu religioso indutas dedecere videntur.

93. Num Sorores, quae infirmis in privatorum domiciliis inserviunt, praescriptas a Constitutionibus cautelas semper adhibeant.

94. Num superiores permiserint commorationem sodalium in domibus saecularium et quanto tempore.

95. (*Pro Institutis Religiosorum*). Num aliquod Institutum Sororum quasi ab ipsis dependens, sibique aggregatum, directe vel indirecte, retineant vel dirigant et quam auctoritate.

96. Num post ultimam relationem aliquod novum opus vel potius nova species operum aliis iam existentibus adiuncta fuerit et quam auctoritate.

97. Num in Instituto vel in aliquibus domibus irrepererint abusus et qui?

98. Num querelae vel difficultates existant *a)* cum Ordinariis locorum, *b)* cum confessariis, *c)* cum capellanis. Responsa autem ad suprascriptas quaestiones non solum a moderatore seu moderatrice generali, sed etiam a singulis consiliariis seu assistentibus generalibus, praevio maturo examine, signanda erunt.

Quod si quis ex iisdem consiliariis seu assistentibus aliquid magni momenti praeterea S. Sedi significandum esse putaverit, id etiam per privatas atque secretas literas praestare poterit. Verumtamen memor ipse sit conditionis suae et sciat conscientiam suam graviter oneratum iri, si quid a veritate alienum secretis eiusmodi literis exponere audeat.

O delitvi raznovrstnih nadarbinskih in prostovoljnih dohodkov pri nastopu nadarbinarjev.

Pri delitvi bire, vračunljive ali prostovoljne, raznih dohodkov v denarju, v drvih itd. ter dohodkov iz zemljiškega posestva pride pri nastopu novega nadarbinarja med njim in njegovim prednikom večkrat do nesporazumljenja. Zato je pač potrebno, da se določijo neka pravila, po katerih bi se bilo ravnati pri delitvi. Seve, da je najbolje in najlepše, da se poravnata prednik in naslednik sama. Kjer se pa to ne doseže, naj bi se ravnalo po sledečih pravilih:

I. Dohodki iz raznih ustanov.

a) Za ustanovljene sv. maše, mrtvaška in druga opravila dobi vsak toliko, kolikor je ali bo opravil ustanovljenih dolžnosti. Pri ustanovah, ki niso navezane na poseben dan, ampak se opravijo poljubno med letom, naj prednik gleda na to, da ne bo sam opravil čez čas svoje službe le bolje plačanih ustanov, slabije plačane pa še za čas svoje službe pustil nasledniku.

b) Posebej je treba še opomniti na takoimenovane „beneficijalne maše“, kjer se nahajajo, katerih donesek se po zakonu o duhovski kongruji vračuni v fasijo. Ako je dohodek za vsako sv. mašo ali drugo opravilo približno tolik, kakor je v navadi pri ustanovah, tedaj se dohodek in dolžnost po času službe razdeli med oba. Ako pa je dohodek večji, naj bi se razdelilo takole: Za vsako sv. mašo ali drugo opravilo naj se določi vsota, kakor je pri ustanovah navadno; to vsoto dobi tisti, ki je dolžnost opravil; ostanek pa se razdeli med oba po času službe.

Pojasnilo. Nekje v moravškem dekanatu dobi duhovnik kot priboljšek na leto 240 K; opraviti pa mora za to na leto tri sv. maše; eno v januarju, dve pa v oktobru. Menjava je bila med letom; prednik je bil v službi devet mesecev, naslednik pa tri mesece; prednik je opravil v januarju eno sv. mašo, naslednik pa v oktobru dve; in naslednik je terjal zase za dve sv. maši 160 K, dasiravno je bil v službi le tri mesece; predniku bi pa za devet mesecev, ostalo le 80 K. To gotovo ni pravično. Odločil sem takole: Vsak je dobil za opravljeno sv. mašo po 4 K; od ostanka 228 K je dobil prednik $\frac{3}{4}$, naslednik pa $\frac{1}{4}$, ker je onih letnih 240 K le priboljšek plače, torej ne mašna ustanova, ampak beneficijalna. Pri teh delitvah se računani navadno solnčno leto.

II. Bira in drugi dohodki, naturalni ali v denarju.

a) Fasijonirana bira v pridelkih ali v denarju. Pri tej se dobi ravnotoliko, kot je vračunjeno, ali pa tudi več; mogoče pa je tudi manj, ker nekatere

stare fasijonirane dajatve, kakor: predivo, sir, jajca i. dr. večkrat izostanejo in se ne plačujejo povsod v denarju, veliko pa tudi odpade pri razkosanih in razprodanih posestvih.

b) Prostovoljna bira v pridelkih, kakor: žito, vino, drva, ali pa v denarju. Kako naj se deli bira?

Nekateri pri delitvi hočejo deliti le zapisano biro, kar pa je več, ostane predniku, češ: kar je več, so ljudje le njemu dali. Drugi so za to, da se razdeli vse po resničnem dohodku, in to je tudi pravično. Odštejejo se vsi stroški pri pobiranju bire, kakor: plačilo pobiračem in voznikom, hrana, pijača, podobice, kjer se dajejo. Ta znesek dobi oni, ki je imel te stroške; vse ostalo se pa razdeli med oba po času njihove službe. Tako bo pravično za oba. Pri tej delitvi se računani po stari navadi leto od sv. Jurija do sv. Jurija, kakor se tudi računani pri interkalarnem računu. Bolj enostavno bi bilo, ko bi se tudi tukaj računilo navadno solnčno leto in bi takemu predlogu vlada težko odrekla potrjenje. Slišal sem, da se je v eni sosednjih škofij to že vpeljalo.

Opomba: Nasledniku naj se puste pridelki, kakor žito, seno, drva, v pridelkih, ne pa v denarni vrednosti. Bil je pred kratkim v dekanatu slučaj, da je prednik popolno pravično razdelil biro, pa vse prodal in nasledniku pustil delež v denarju. Ta je prišel sredi zime in ni imel ne drv, ne sena za živino; dobil je vse zelo težko in za visoko ceno.

III. Delitev poljskih pridelkov iz nadarbinskega zemljiškega posestva.

Tukaj je težava največja in največkrat vzrok nesporazumljenja, ker je delitev o različnih časih in se dohodki in stroški različno računijo. Da bi bilo za oba pravično, naj bi se delilo takole:

a) Če je zemljiško posestvo ustanovno, ima dohodke in stroške tisti, ki je opravil ustanovljeno dolžnost, kakor je bilo rečeno zgoraj pri delitvi dohodkov iz ustanov; torej dobi vse prednik ali naslednik, ali pa vsak za del opravljene ustanovne dolžnosti. Da se povrnejo stroški za delo tistemu, ki jih je imel, je ob sebi razumljivo.

b) Če je zemljiško posestvo „beneficijalno“, torej v zboljšanje službenih dohodkov, ne pa pravo ustanovno, se razdele dohodki, kakor je bilo rečeno poprej o razdelitvi dohodkov iz beneficijalnih maš. Za opravljeno ustanovno dolžnost dobi tisti, ki jo je opravil, določeno vsoto; ves drug dohodek se pa razdeli med prednika in naslednika za čas službe, po odbitih stroških, kakor je bilo rečeno pri ustanovah.

Tukaj opomnim, da se je na to vrsto zemljiške posesti menda premalo oziralo in da je ravno to bilo dostikrat vzrok nesporazumljenja, ker je prednik mislil: jaz sem vse opravil, kar ustanova zahteva, torej je ves dohodek moj; naslednik pa: posestvo je v zboljšanje dohodkov župnije, torej bi tudi jaz za čas svoje službe moral kaj imeti od tega.

c) Delitev dohodkov iz pravega nadarbinskega posestva. Ako je menjava pozimi, približno od Vseh Svetih do Velike noči, ima prednik ves pridelek in vse stroške, ker se dohodki računijo po solnčnem letu. Ako pa je na nadarbinskem zemljiškem posestvu prednik nasejal ozimino ali deteljo, od katerega bo imel užitek naslednik, povrniti mora ta predniku stroške za delo, gnoj in seme, in sicer, če ima prednik o tem natančen zapisnik, se ravna po njem, sicer pa po približni cenitvi. Stara navada je, da naslednik predniku povrne dvakratno ceno za vsejano seme, vendar pri sedANJI plači za posle in dninarje je ta cena gotovo prenizka.

Ako pa je menjava med nadarbinarjema med letom, vračuni se predniku delo, gnoj in seme; pridelki pa, ako so že spravljani, se po odbitih zgornjih stroških razdele med oba po službenem času. Ako so pa pridelki še na polju, naj se približno cenijo; predniku se prištejejo stroški za delo, gnoj in seme, nasledniku pa stroški za spravljanje pridelkov; ostanek pa se razdeli med oba po službenem času.

Veliko težavam pri tej delitvi bi se izognilo, ko bi imeli nadarbinarji, vsaj pri večjih posestvih, natančen zapisnik o vseh dohodkih in stroških iz nadarbinskega posestva tako, kakor se piše dnevnik pri cerkvenem premoženju.

Tudi pri tej delitvi naj se pridelki, ki so že spravljani, puste nasledniku v naravnih pridelkih in ne v denarju, ako ni naslednik drugače določil.

Davki od ustanovnega ali beneficijalnega ali nadarbinskega zemljiškega posestva se razdele med oba po službenem času. Ako je bila menjava pozimi in je vse pridelke dobil prednik, plača tudi vse davke. Ako je posestvo dano v najem, se razdeli davek in najemščina med oba po službenem času, najsi bo menjava kadarkoli med letom.

d) G o z d i: Posebej je treba še omeniti dohodkov iz nadarbinskih gozdov. Vsak vzame iz gozdov les za kurjavo in potrebe pri poslopih. Kar je ob času menjave napravljenih drv ali stavbinskega lesa iz nadarbinskih gozdov, tega ne sme vzeti ali prodati prednik, ampak ostane nasledniku, ki pa mora predniku povrniti stroške za napravljanje. Davek plača vsak za svoj čas.

Glede dohodkov iz gozdov navedem sledeči resničen slučaj: Prednik je nadarbinske gozde zelo varoval in jemal iz njih le potreben les. Naslednik je

kmalu po prihodu dal v gozdu posekati les, ki je bil dorasel in imel tako iz gozda v kratkem času več stotakov dohodka, kot izkupilo za prodani les. Gozdu sicer ni napravil nikake škode, ker je bil les dorasel, ali vendar je imel v primeri s prednikom za svoj službeni čas veliko dohodka. Da bi se nikomur ne delala škoda, bi bilo morebiti glede dohodkov iz nadarbinskih gozdov, razen za domačo potrebo, prav delati takole: Kadar je les dorasel, je prav da se poseka in kar se ga ne porabi za dom, tudi proda. Vendar, preden bi nadarbinar to storil, naj bi dobil za to dovoljenje ordinariatovo. Od izkupljene vsote si izplača vse stroške, ostanek pa naj bi se obrestonosno naložil in vsakoletne obresti bi imel nadarbinar. Kadar bi bile potrebne kake večje poprave, bi se za to smela porabiti z dovoljenjem ordinariata tudi ta glavica, ako se ne popravlja konkurenčnim potom. Ravnotako bi se smela porabiti za zboljšanje nadarbinskega posestva. Tako bi se ta dohodek pravično razdelil.

K sklepu še odgovor na vprašanje:

Kako naj se poravna nastalo nesporazumljenje glede delitve nadarbinskih dohodkov med prednikom in naslednikom?

a) Pri menjavi kaplanov naj razsodi najprej župnik, kateremu so razmere najbolj znane. Ako s to razsodbo nista zadovoljna, razsodi dekan. Če ta dva razsodita enako, ni več priziva; če pa neenako, razsodi ordinariat.

b) Med župnikoma ali pa župnikom in upraviteljem, ako se sama glede delitve ne sporazumeta, razsodi najprej dekan, ki je itak pričujoč pri oddaji temporalij, in takrat lahko preišče vse okoliščine, da razsodi pravično. Pri tem se lahko privzameta tudi dva sosednja župnika kot svetovalca. Če pa onadva, ki si dohodke delita, s to razsodbo nista zadovoljna, razsodi ordinariat. Neumestno pa je, da se precej za vsako malenkost nadleguje ordinariat.

c) Še bi bil omeniti slučaj, kjer je prednik imel veliko stroškov pri popravah ali potrebnih napravah pri nadarbinskem poslopiju ali zemljiškem posestvu, kakor: naprava potov, škarp, mostov in družega. Ne bilo bi prav, da bi nosil vse stroške prednik, udobnost pa užival naslednik brez stroškov. Morebiti bi bilo prav, ko bi se postopalo takole: Kjer so večji gozdi in se da iz njih dobiti večja vsota brez škode gozdu, bi se stroški s tem pokrili, kakor je bilo že povedano. Tako bi stroški zadeli oba. Ali to bo mogoče le malokje. Kjer za take večje poprave ali naprave iz nadarbinskih gozdov ni pokritja in se ne dela konkurenčnim potom, bi se lahko postopalo takole: Nadarbinar, ki hoče to izvršiti, naj napravi načrte in vsaj približni proračun. Ordinariat to preišče in, ko je odobreno, tudi določi na koliko let se razdele ti stroški

in vsak nadarbinar mora na leto vplačati dotično vsoto. Ako ostane na nadarbini oni, ki je delo izvršil in je plačal iz svojega, zadene dolžnost njega in se založena vsota zmanjšuje; ako je v ta namen vzel posojilo, mora določeno vsoto vsako leto vrniti. Ako pride na nadarbino naslednik, mora ta še ostala določena leta plačevati vsoto ali predniku ali v zmanjševanje najetega dolga. Tako bi bili tudi te vrste dohodki in stroški pravično razdeljeni.

Še bi bilo omeniti delitve stroškov za vinograde pri menjavi nadarbinarja. To pa mi je popolno neznano,

ker nisem bil nikdar v službi v vinogradnih krajih, torej ne vem o tem ničesar povedati.

Janez Bizjan,
dekan.

Ker so to poročilo vsi gg. dekani odobrili, ga potrdim in določim, da naj se pri nastopu župnije ali pri odhodu iz nje vsi gg. duhovniki po njem ravnaajo.

V Ljubljani, 21. maja 1907.

† **Anton Bonaventura,**
škof.

50.

Zakon o povišanju plač državnih učnih oseb

z dne 24. februarja 1907, drž. zakonik št. 55

se ozira deloma tudi na bogoslovne profesorje škofijskih bogoslovnih.

§ 7. Die den Professoren an den römisch-katholischen und griechisch-katholischen theologischen Diözesan- und Zentrallehranstalten sowie an der griechisch-orientalischen theologischen Lehranstalt in Zara gemäß der Dauer ihres lehramtlichen Wirkens gebührende Erhöhung des Gehaltes beträgt nach Ablauf des ersten und zweiten Quinquenniums je 500 Kronen, nach Ablauf jedes der folgenden drei Quinquennien je 800 Kronen.

Na učitelje veronauka na srednjih šolah se ozirajo naslednji §§:

§ 8. Die im § 2 dieses Gesetzes vom 19. September 1898, R.-G.-Bl. Nr. 173, festgesetzten Erhöhungen des Gehaltes der wirklichen Lehrer an den staatlichen Mittelschulen (Gymnasien, Realgymnasien, Realschulen) betragen nach Ablauf der ersten und zweiten Quinquenniums je 500 Kronen, nach Ablauf der drei folgenden Quinquennien je 800 Kronen.

§ 9. Den wirklichen Lehrern sowie den im § 4 des Gesetzes vom 19. September 1898, R.-G.-Bl. Nr. 173, erwähnten Religionslehrern ist jene Dienstzeit, welche sie nach erlangter vollständiger Befähigung für das Lehramt an Gymnasien und Realschulen in der Eigenschaft von Supplenten oder Assistenten an einer staatlichen Mittelschule mit einer Lehrverpflichtung von mindestens 14 wöchentlichen Unterrichtsstunden in den Sprachfächern, 20 wöchentlichen Unterrichtsstunden im Zeichenfache, 17 wöchentlichen Unterrichtsstunden

in den anderen weltlichen Obligatfächern, 16 wöchentlichen, beziehungsweise bei Supplierung der im § 4 des vorbezeichneten Gesetzes erwähnten Religionslehrer 10 wöchentlichen Religionsstunden, endlich jene Dienstzeit, welche sie in der Eigenschaft von Assistenten, beziehungsweise Konstrukteuren an einer Hochschule im Sinne des § 1 des Gesetzes vom 31. Dezember 1896, R.-G.-Bl. Nr. 8 ex 1897, sei es vor, sei es nach dem Beginne der Wirksamkeit dieses Gesetzes zurückgelegt haben, für die Stabilisierung und Zuerkennung der Quinquennalzulagen bis zum Höchstausmaße von acht Jahren anzurechnen.

Ob und in welchem Umfange außer obigen Fällen eine Verwendung im Lehrfache nach Erlangung der vollständigen Lehrbefähigung für Mittelschulen für die Stabilisierung und Zuerkennung der Quinquennalzulagen angerechnet werden kann, bestimmt der Minister für Kultus und Unterricht.

§ 10. Den im § 4 des Gesetzes vom 19. September 1898, R.-G.-Bl. Nr. 173, erwähnten Religionslehrern ist bei Vorrücken derselben in den für die wirklichen Lehrer systemisierten Gehalt die Dienstzeit, welche sie, sei es vor, sei es nach dem Beginne der Wirksamkeit dieses Gesetzes im Sinne der Ministerialverordnung vom 19. Juli 1856, R.-G.-Bl. Nr. 146, beziehungsweise des § 4 des Gesetzes vom 19. September 1898, R.-G.-Bl. Nr. 173, zurückgelegt haben, zum Zwecke der im § 2 dieses Gesetzes erwähnten Gehaltserhöhung bis zum Höchstausmaße von acht Jahren anzurechnen.

Aktivitetne doklade bogoslovnih profesorjev.

Ukaz ministra za bogočastje in nauk in finančnega ministra z dne 4. maja 1907, s katerim se iznova določujejo aktivitetne doklade sistemiziranega učnega osebja rimskokatoliških in grškokatoliških škofijskih bogoslovnih učilišč in centralnih v Gorici in Zadru in s katerim se je izpremenil ministrski ukaz z dne 13. februarja 1902, drž. zak. štev. 35.

Verordnung des Ministers für Kultus und Unterricht und des Finanzministers vom 4. Mai 1907,¹⁾

mit welcher in Abänderung der Ministerialverordnung vom 13. Februar 1902, R. G. Bl. Nr. 35,²⁾ die Aktivitätszulagen des systemisierten Lehrpersonales an den römisch-katholischen und griechisch-katholischen theologischen Diözesanlehranstalten und den theologischen Zentrallehranstalten zu Görz und Zara neu festgestellt werden.

§ 1.

Die nach § 1, Absatz 2, des Gesetzes vom 26. Jänner 1902, R. G. Bl. Nr. 25,³⁾ den Professoren an theologischen Diözesan- oder Zentrallehranstalten gebührende Aktivitätszulage beträgt:

- a) an der Diözesanlehranstalt in Brünn jährlich 960 K,
- b) an denjenigen in Linz und Przemysl jährlich 840 K,
- c) an den Diözesanlehranstalten in St. Pölten, Trient, Marburg, Klagenfurt, Laibach, Budweis, Leitmeritz, Tarnów, Stanislau und an den theologischen Zentrallehranstalten in Görz und Zara jährlich 720 K,
- d) an den Diözesanlehranstalten in Brixen, Königgrätz und Weidenau jährlich 600 K.

§ 2.

Diese Aktivitätszulage kann auf Grund einer in jeder Richtung befriedigenden Dienstleistung nach Zurücklegung einer an diesen Lehranstalten oder an einer staatlichen Mittelschule zugebrachten Dienstzeit von in

¹⁾ Enthalten in dem den 18. Mai 1907 ausgegebenen LIV. Stücke des R. G. Bl. unter Nr. 118.

²⁾ Ministerial-Verordnungsblatt vom Jahre 1902, Nr. 16, Seite 123.

³⁾ Minist.-Verordnungsbl. vom Jahre 1902, Nr. 10, Seite 95.

der Regel zehn Jahren, beziehungsweise 20 Jahren vom Minister für Kultus und Unterricht über Antrag des Diözesanbischofes an der oben bei

- a) angeführten Anstalt auf 1104 K, beziehungsweise auf 1288 K,
- an jenen bei b) auf 966 K, beziehungsweise auf 1127 K,
- an jenen bei c) auf 828 K, beziehungsweise auf 966 K,
- an jenen bei d) auf 690 K, beziehungsweise auf 805 K jährlich erhöht werden.

§ 3.

Der gemäß Alinea 3 der Ministerialverordnung vom 30. November 1906, R. G. Bl. Nr. 238,¹⁾ in die Bemessungsgrundlage für die nach der Bestimmung des § 3, Alinea 1, des Gesetzes vom 26. Jänner 1902, R. G. Bl. Nr. 25, entfallende Ruhegebühr des systemisierten Lehrpersonales an den römisch-katholischen und griechisch-katholischen theologischen Diözesanlehranstalten und den theologischen Zentrallehranstalten zu Görz und Zara einzurechnende Betrag ist wie bisher zu bemessen, und zwar im einzelnen Falle mit 400 K, beziehungsweise 480 K, beziehungsweise 560 K.

Ebenso wird auch der in der berufenen Ministerialverordnung vorgesehene Pensionsbetrag von 3,8 Prozent ungeändert fortzuentrichten sein.

§ 4.

Diese Verordnung tritt mit 1. April 1907 in Wirksamkeit.

Korytowski m. p.

Marchet m. p.

¹⁾ Minist.-Verordnungsbl. vom Jahre 1907, Nr. 1, Seite 2

Konkurzni razpis.

Razpisujejo se župnije: *Preddvor* v kranjski dekaniji, stoječa pod patronstvom ljubljanskega knezoškofa, *Kamna gorica* v radoliški dekaniji, stoječa pod patronstvom ljubljanskega prošta, in *Mirna peč* v novomeški dekaniji stoječa pod patronstvom novomeškega kapitlja.

Prosivci za župnijo *Preddvor* naj naslove svoje prošnje na kn.-šk. ordinariat v Ljubljani, za župnijo *Kamna gorica* na mil. g. stolnega prošta ljubljanskega, in za župnijo *Mirna peč* na prečast. kolegiatni kapitelj novomeški. — Kot zadnji rok za vlaganje prošenj je določen 13. julij 1907.

Knezoškofijski ordinariat v Ljubljani, dné 14. junija 1907.